

sessionem, sub omnibus condicionibus supradictis. datis sibi supra precium quatuor marcis den. racione fauoris sev doni, quod vild uulgariter appellatur. Subscripti autem fuerunt býfaster & gardfaster in negocio supradicto, videlicet wlfho speghel subfectus, hænzæ fan hedhen, magister burgensis, bothwidus gyuridis, Nicholaus gener monetarij, sildæsuen, Rykulphus, olauus bunkefoth, Jan hwiti, hænzæ swarti, vinimar, Thethmarus colloniensis & wibal kramæri. In cuius eciam rei euidentiam, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum stokholm anno domini. M^o.CC^o.XC^o.VII^o. Sexto kal. aprilis.

Sigillen: 1 obetydligt skadadt; 2 blott hälften kvar.

1192.

1297 d. 4 April.

Wreta.

SUNE SIKS Stadfästelsebref på dess svärmoders Arguns gåfva af en jord i Bryigstat till Wreta Kloster, med förbehåll af lösningsrätt mot 24 mark i gångbart mynt, för sig och sin hustrus arfvingar.

A. 8. c. 4.

Vniuersis presentes litteras visuris vel auditoris SUNO dictus SIK Salutem in domino sempiternam Notum facio per presentes me in presencia øgeri drabbæ et fratris Nicholai monachi de aluastro ac aliorum discretorum placitasse cum reuerenda ac religiosa domina katerina abbatissa de wreta ac firmiter condixisse quod predium Bryigstat videlicet tres partes octonarii quod contulit argun pro anima sua mater vxoris mee clastro wretensi supradicto monasterio perpetuo attinebit, ista tamen condicione interposita quod predictum predium potest per me vel heredes vxoris mee, XXIII, marcis currentis monete redimi quando cunque nobis placuerit esse redimendum in cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillis supradictorum øgeri fratris Nicolai duxi presentibus apponenda Datum wretis anno domini M^o.CC^o.XC^o.VII^o in die sancti ambrosii episcopi et confessoris.

Sigillen skadade, fästade på 3 ur brefvet klippta remsor.

1193.

1297 d. 7 Apr.

Bengt Peterssons intyg, att han å sin hustrus och dess sons vägnar försålt delar af gårdarne Hohult, Botilahult och Miglahult i Wärend för 21 mark, vid hvilkas erläggande köpebref skall erhållas.

J. 6. 240.

Vniuersis Præsens Scriptum visuris vel auditoris. Benedictus Pæthersum, in virginis filio benedicto Salutem. Nouerint vniuersi, me Benedictum

ex parte vxoris meæ Ingeburgis, et Haquini filij sui, Dicti Lāmā, terram in Vārändia sitam, scilicet quartam partem in Hohult, et partem Duodecimam in Botilabothi, et decimam octauam partem in Miglahult ab omni impetitione, tam futurorum quam præsentium, Petro Öijassun pro viginti marcbis puri argenti, et vna, recti ponderis in Svecia vendidisse, sub hac conditione, quod ipse Petrus meis, ex parte mea, Dictam pecuniam in profesto beati Michaelis cum Testimonio trium ciuium in Skäningia, et prioris ibidem vel superioris committeret Ceterum dum prædicta pecunia mihi vel vxoris meæ, vel Haquino filio suo occurrerit, loco prædicto sepefato Petro, super hac venditione literas Domini Regis Sueorum committatur, vna cum sigillo meo, et Vxoris meæ Ingeburgis, necnon Haquini Lāmā, sui filij, in Testimonium et evidentiam. Actum Anno Domini M. CC. Nonagesimo VII. Sabato Palmarum.

Sigillen 1, 2, derunder tecknade, 3 bortfallet.

1194.

1297 d. 29 Apr.

Linköping.

Marskalken THORKEK KNUTSSONS vidimation af Konung Waldemars Bref af den 30 Juni 1271, med befalning om dess iakttagande.

A. 3. o.

TH. jllustris regis sweorum Marskalchus, Omnibus vestbo. østbo. sundyrbo. Nyudungi. Wydbo & Thwetom inhabitantibus salutem in domino, Noueritis nos litteras Domini Waldemari quondam regis sweorum, non cancellatas, non rasas. non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas vidisse in hec verba, W. dei gracia & *se föregående N:o 551*. Nos igitur vobis iniungimus firmiter & Mandamus quod dictum censum annis singulis sicut superius expressum est exhibere sine difficultate qualibet studeatis, In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum Lyncopie anno domini M^o. CC^o XCVII in die beati petri Martiris.

Sigillet finnes nästan oskadadt.

1195.

1297 d. 29 Apr.

Biskopen LARS II:s i Linköping vidimation af Konung Waldemars Bref af den 30 Juni 1271, med förständigande om dess iakttagande.

B. 3. 143 v.

LAURENCIUS dej gracia episcopus lyncopensis Omnibus westbo & østbo sunderbo, nyudhiunge vidhbo & thwetum jnhabitantibus salutem jn domino
semp-